

ab aggregato subtrahe Antilogarithmum Semisummæ eorundem, & habebis Differentialem Semisummæ Angulorum quæditorum. Deinde ad eundem etiam Differentialem complementi Semianguli dati adde etiam Logarithmum Semidifferentiæ Crurum, & ab aggregato subtrahe Logarithmum Semisummæ eorundem, prodibitq; iterum Differentialis Semidifferentiæ Angulor. quæditorum. Hanc deniq; ita inventam Angulorum Semidifferentiam adde ad Semisummam eorund. prius inventam, habebisq; Angulum è quæsitis majorem: subtrahe illam ab hac, prodibit minor.

RATIO. Ut enim i. Sinus complementi Semisummæ crurum ad Sinum complementi Semidifferentiæ crurum, ita Tangens complementi Semianguli dati, ad Tangentem Semisummæ Angulorum ad Basin. Deinde ut Sinus Semisummæ crurum ad Sinum Semidifferentiæ eorund. ita Tangens complementi Semianguli dati, ad Tangentem Semidifferentiæ Angulorum ad Basin.

## EXEMPL.

In Priori Triangulo  $SZP$  ex datis etiam prioribus quærantur Anguli  $SZP$  &  $ZSP$ .

ZPS	48°. 47. "				
dimid.	24. 23. 30.		II.	V.	
compl.	65. 36. 30.	—	790882.		
Crus ZP	37.				
SP.	78. 41.				
Summ. Cr.	115. 41.		VI.	III.	
Semif.	57. 50. 30.	L.	166550.	AL.	630622.
					differ.